

## THIRD TRACT

§3.4.0

### *Fourth Article of the Third Tract*

*The fourth article poses the issue whether the fidelity that has been described, with all its elements, and the demonstration of the respect due not only to the king but also to his unigenit, the most illustrious lord Dauphin.*

§3.4.1

*First conclusion, although the dauphin, unigenitus of the king may be distinguished from his father by numer, nevertheless he shares the same nature with him, not only in general but also also by birth, according to the philosophers.*

§3.4.2

*Second conclusion, the son is said to be something of the father himself, and of the same flesh.*

---

Secundo dictum est, quod quodlibet membrum mysticum tenetur suo capiti et domino ad reverentiam. Pro cuius declaratione sciendum, quod reverentia est multiplex, et aliis omissis quantum ad propositum, est quedam reverentia dominationis sive prelationis causa debita, quam sic definitur. Reverentia est honoris cum timore in signum subiectionis exhibitio, secundum glos. ad Hebr. xii [Hebr., 12, 28 (Gloss at "reverentia")]. Et haec debetur principibus etiam secularibus per quoslibet etiam ecclesiasticos. ut dicit text. xxiii. q. v. regum et c. dicat et c. si apud [Decretum, II, 23, 5, 22-24], pro quo. i. Pet. ii [1 Peter, 2, 17], ubi dicitur: Regem honorificate.<sup>†gl</sup>.

§3.4.0

### QUARTUS ARTICULUS TERTII TRACTATUS.

De quarto vero articulo quo queritur an fidelitasque declarata, cum omnibus suis capitulis, et reverentie predictae exhibitio debeatur nedum regi, sed etiam eius unigenito domino illustrissimo dalphino, sicut et regi eodem rege regere perperdito et declarabo, agitabo, et tractabo sub tenore conclusionum sequentes, in quibus tria tangemus que sufficiunt ad propositum.

§3.4.1

Primo conclusio, quod licet dominus dalphinus regis unigenitus a patre suo, supposito sive numero distinguatur, tamen est cum eo eiusdem nature, nedum communis, sed etiam partituris, secundum philosophos, et ideo dicit textus et glo. in l. liberorum. de verbo. significa. [Dig. 50, 16, 220] quod in filio natura genitoris conservatur, quod intelligitur de natura impartituri, nam in communi natura conservatur nedum ingenito, sed etiam in quolibet individuo illius nature et speciei, et plus que textualiter habentur in secundo de anima. [PENDING] et haec plenius dixi supra in prima tractatu in examinatione secundi articuli, prima et secunda conclusionibus.

§3.4.2

Secunda conclusio, quod filius dicitur aliquid patris ipsius, secundum philosophum in v. et octavo etycorum, [PENDING] et eadem caro cum illo, ut habetur xxv. dist. [Decretum, I, 25] hac autoritate, et eadem person simul intelliguntur. ut l. fi. de impube. [Cod., 6. 26. 11] et aliis substitut., et eadem voluntas insti de inuti. stipul. §ei. qui. [Inst., 3, 19(20)] ubi dicitur, quod vox patris, vox filii, voces enim sunt voluntatis significave, ut habetur in l. periarmerias [non inveni] et l. labeo, de supelle. leg. [Dig., 33, 10, 7]

## THIRD TRACT

§3.4.3 *Third conclusion, from the fact the lord Dauphin and the king are of one nature, one flesh, and the same person, and a single will, it follows that the fidelity, respect, obedience and whatever other things are owed to the king as an individual must be owed equally to his son.*

§3.4.4 *Fourth conclusion: by reason of this identity of natural body and persona, the first born son of the king is seigneur of the kingdom while his father is still alive, with a mutual possession and co-administration with him.*

§3.4.5 *Fifth conclusion: from the fact that the primogenit shares dominion and possession of the kingdom while his father is still alive—which is much more than the share of the family estate enjoyed by children who succeed by hereditary right (as said in the second article of the first tract)—it follows that the right to fidelilty, obedience, reverence and other things owed to the father belong to his primogenit.*

---

§3.4.3 Tertia conclusio, quod ex quo regis uni genitus dominus dalphinus et rex ipse sunt unum natura, una caro, eademque persona, ac una voluntas, reverentia, fidelitas, obedientia, et quecunque regi debita tanquam uni, et eadem filio eius pariter debentur. Probatur conclusio, quia identitas predicta patris et filii causant in utroque identitatem quorumlibet effectivum, sicut dicit lex quod identitas dominorum conregnorum non obstante differentia suppositorum causat in utrisque omnium effectum identitatem tam in obligationibus quam pactionibus, solutionibus, et interruptionibus. ut. 1. fi. C. de duobus reis. [Cod., 8, 40, 5] Nam ut ibi dicit textus quum ex una stirpe unoque fonte aliqua effluerunt, idem debet sequi in eis effectus. facit. 1. pe[62v]nultima. C. de incestis nuptiis [Cod., 5, 5, 8]. Hinc dicitur quod una et eadem res, sive ea (que pro eadem habentur) non debent diverso iure censi xii. q. ii. c. cognovimus [Decretum, II, 12, 2, 29] et D. de usucapionibus, 1. rerum [Dig., 41, 3, 30].

§3.4.4 Quarta conclusio, quod propter huiusmodi identitatem nature corporis, ac persone primo genitus regis est dominus regni vivente patre cum quadem correspondenti possessione et coadministratione cum patre, ut 1. in suis. de lib. et posthumis et institu. de here. qualita. et differen. [Dig., 28, 2, 11], prout declaratum est plene in prosecutione secundi articuli primi tractatus in pluribus conclusionibus ibi positis, quas non repeto, sed ibi videantur.

§3.4.5 Quinta conclusio, quod ex quo primogenitus rege vivente habet dominium et possessionem correspondentem in regno per d. 1. in suis [Dig., 28, 2, 11] et insti. de here. qualita. et differen. §sed. sui [Inst., 2, 19(§2)]. et multo plenius quam liberi habeant in bonis paternis in quibus iure hereditario succeditur, ut dixi plene in expeditione secundi articuli primi tractatus, sequitur quod pariter ius habeat tantundem in fidelitate, obedientia, reverentia, et aliis ad causam huius debitis, sic quod pariter hoc ad eum pertineant et spectent. Probatur conclusio, quia dominium in regno, et debitum fidelitatis, et similia se consequuntur. Preterea ubicumque propter aliud utrobique tantum vinum, et idcirco inseparabiliter simul sunt. Hinc dicit canon. lxxxii. dist. eos [Decretum, I, 81,18] quod privatus officio, privatus censetur beneficio, nam beneficium est propter officium, facit 1. quum enim. et 1. sequen. de novat. [Dig., 46, 2, 7 & 8] ita debito et

## THIRD TRACT

§3.4.6

*Sixth conclusion, likewise during the lifetime of the king, if he is prevented from ruling, the full, general, and free administration of the kingdom devolves to the Dauphin, unigenit of the king (as said in the second article of the first tract) and there is owed to him the sane fidelity, obedience, reverence and the like.*

---

pertinente dominio et regno ponitur et debetur fidelitas cum similibus, que propter dominium sunt et debentur. Ceterum dominium in regno contingunt simul et obedientia, fidelitas, reverentia et similia, nam propter illud debetur, ut c. 1, qualiter vasal. iuramen. fideli. [Lib. Feud. II, 5] et deinde supra, quum de eis ageretur, ergo illud sequuntur et illi debentur, cui et dominium competit; Hinc dixit textus quod re aliqua ad quampiam spectate competit et illi potestas plena, et in omnibus que ad rem illam pertinent et contingunt, ut c. praeterea in fine, de officio delega. [Decretum, I, 29, 5], unde dicitur quod connexorum idem est iudicium. Ceterum posita causa ponitur effectus, sed dominium in regno est causa fidelitatis debite (ut dictum est) igitur et cui competet dominum debetur et fidelitas, igitur, et in proposito quum quoddam dominium debeatur, imo spectet ad filium vivente patre in regno, igitur similil modo fidelitas, obedientia, reverentia et similia.

§3.4.6

Sexta conclusio, quod sicut vivente rege regere impedito plena regni administratio generalisque et libera pertineat ad dominum dalphinum regis unigenitum, sicut dictus est supra in secundo articulo primi tractatus, consequenter et eadem debetur fidelitas, obedientia et reverentia, et similia. Probatur conclusio primo per textum c. grandi de supplen. negligen. prelado, libro sexto [Lib. Sext., I, 8, 2], ubi dicitur quod coadiutori dato regi Portugalie debetur obedientia quecumque, tam in preceptis quam in castris, villis, munitioibus et redditibus, quam in aliis, et consequenter fidelitas, quia sub obedientia clauditur, nam omnis obediens fidelis et nullus fidelis sine ea, cum ipsa fidelitatio maternum teneat, sine qua infidelis quilibet convertitur, ut habetur in c. sciendum, viii. q. 1 [Decretum, II, 8, 1, 16], et per glo. i. responso xv [Decretales, V, 39, 43]. Quum igitur domino dalphinus sit regni administrator et regens suo iure, ut predeclaratum est, igitur, et illi obedientia debetur honor et fidelitas. Per predicta confirmatur, nam sine fidelitate nullius regere potest, quia per eam reges regnant etc. Proverbio. viii [Proverbs, 8, 15] igitur, et illa cuilibet regenti a subdito deberetur, quia ex quo debetur regimen, igitur. et omnia ea sine quibus illud expediri non potest. ut l. ii. de iurisd. omni. iudicum [Cod., 3, 13, 2] et l. ad rem. de procura. [Dig., 3, 3, 56] et quo ad illud pertineant. ut c. praeterea, de officio delegati [Decretales, I, 29, 5]. Et pro huius confirmatione facit, quod historialiter habetur Gene. xli. capit. [Genesis, 41, 40-44] ubi sic scribitur de Joseph regni Egypti gubernatore: “tu eris super domum meam, et ad tui oris imperio cunctus populus obediet uno tantum regno solio te precedam, et infra ut omnes coram te genii flectent etc. et infra aliter absque tuo imperio non monebit quisquam manum aut pedem in omni terra egypti,” etc.

### THIRD TRACT

§3.4.7 *Seventh conclusion: By dint of the identity of the nature, persona and will of father and son, and other things said above, the lord Dauphin should be called king while his father is alive, and the fidelity, obedience, respect, etc., which are owed to king be owed to him.*

---

§3.4.7 Septima conclusio, quod quum propter identitatem nature, persone, et voluntatis patris et filii, et alia predicta dominus dalphinus regis primo genitus patre vivente valeat, debeat rex appellari, ut c. cepit. xxiiii. q. i [*Decretum*, II, 3, 1, 42] et debentur fidelitas, obedientia, et reverentia, et alia, que regibus debentur. Probatur conclusio a nomine, nam ex quo idem primogenitus rex appellari potest. ergo et officium regie dignitatis consequitur, iuxta id quod dicitur quod caret nomine caret et effectu rei nominate, et cui convenit nomen pariter et effectus rei significate. ut l. anulo, de feriis [*Cod.*, 3, 12, 4] et l. decernimus. de episco. et clericis [*Cod.*, 1, 3, 26], et xxiii. q. v. si apud [*Decretum*, II, 23, 5, 23], et ibi per glo. [*ad verb.* “si apud”]. Confirmantur premissa, quia fidelitas et defensio et similia huiusmodi quo debentur patri per eius servos et libertos debentur similiter filiis quibuscunque licet bonorum paternorum regimen illis non competat, ita quod filii in haec materia appositione dominorum continentur. ut l. i. §domini, D. ad sylicia[63r]num [*Dig.*, 29, 5, 1(§7)] iuncta l. si exheredatus, §finali [*Dig.*, 29, 5, 10(§2)] et ll. sequen. alleg. eo titu. Et idem econtra, ut ibi alleg. §si pater [*Dig.*, 29, 5, 1, §12]. Idem dicitur de servis et libertis viri ad uxorem et econtra licet servi et liberti viri non sint proprie uxoris, ita quod quo ad fidelitatis debitum improprie domini pro dominis veris et propriis habentur, ut d. l. i. §domini [*Dig.*, 29, 5, 1(§7)], & §si vir [*Dig.*, 29, 5, 1(§15)] hinc dicit dominus Barto. legum doctor [PENDING] ibidem quod eadem pena punitur vasallus quando facit aliquid contra filium domini, quia puniretur quando ad idem faceret contra ipsum dominum, et haec quamvis non habeant plenam administrationem illorum multo ergo magis haec obtinent in filio domino dalphino illustri, presertim quando propter patris impedimentum regni plena, libera, et generalis administratio competit eidem; et hoc casu tenet consequentia quia potioritas iuris et cause, potiores causat effectus, ut per totum titulum qui potiores in pignore habeantur [*Cod.*, 8, 18], et lege, eos C. primo [*read: dicto ?*] titulo [*Cod.*, 8, 18, 9]. Et hoc manifesto probatur in c. grandi. [*Lib. Sext.*, I, 8, 2] ubi ratione plene et generalis administrationis regni coadiutori date et pertinente sibi debetur obedientia et fidelitas, et etiam declaratum est supra promixe sexta conclu. Quum igitur dominium et tam proprium competat domino illustrissimo dalphino in regno rege vivente et propriis, quam liberum in bonis patemis jure hereditario successibilibus, ut predictum est, et similiter plenam et generalem regni administrationem habeat rege impedito regere sequitur evidenter, quod omnino integra fidelitas, cum sincera obedientia sibi debentur per premissa. Et licet hoc satis comprobetur ex peroratis confirmari tamen possunt, ex generali theorica iuri civilis dicentis, quam prerogative patri<sup>†gl</sup> debite debentur pariter liberis eius propter nature et persone identitatem. ut l. milites [63v] et l. divo marco. C. de questionibus [*Cod.*, 9, 41, 8 & 11] cum concor. in eis positis ubi dicitur quod prerogative (quod de curiones questionibus aut quibusdam penis non subdantur) ad liberos transeunt, similiter reverentia, et alia huiusmodi prestatio debita a libertis debentur etiam filiis

## THIRD TRACT

§3.5.0

### *Fifth Article of the Third Tract*

*The fifth article, which examines whether and to what extent those of the church are bound equally to the king and his unigenitum, the Dauphin, by obedience, fidelity, reverence and similar things, will be decided by the following conclusions.*

§3.5.1

*First conclusion, that the priests and other religious personages are members of the mystical body of the kingdom where they live, and of the king who is its supreme head.*

---

patronorum, ut C. de oper. l. i., qui manumittitur [Cod., 6, 3, 12] et l. venia. C. de in ius vocan. [Cod., 2, 2, 2], hinc dicitur Jo. xvi. [John, 16, 15] omnia que habet pater mea sunt, et alibi pater filio inquiring sic ait. Omnia mea tua sunt, etc., Joan. xvi [John, 16, 15] igitur reverentia, fidelitas, et obedientia et similia patri debita debentur filio, qui enim est verus fidelis patri, similiter diligit filium, Joan. viii [John, 8, 42]: Si pater vester est deus diligetis me utique, et econverso qui filio non est fidelis, unde dicitur Jo. xv [John, 15, 23]: Qui me odit, mihi videt non obediendo, vel me regnare nolendo, et patrem odit, qui enim non vult regnare filium, illum odit, ut habetur Luce. xix. capi. [Luke, 19, 14] Et sic patet et aperte monstratum est, quod fidelitas obedientia, et similia alia huiusmodi debita patri condebentur inclito domino dalphino eius unigenito, & his amplius tangetur in articulo in quo de infidelitate et eius speciebus tractabitur. [64r]

§3.5.0

### QUINTUS ARTICULUS TERTII TRACTATUS

Quintus quidem articulus, quo agitur an persone ecclesiastice regi et eius unigenito domino dalphino et ad quantam teneantur obedientiam, fidelitatem, et reverentiam et similia, sicut aut qualiter et qualem, per conclusiones expedietur subsequentes.

§3.5.1

Prima conclusio, quod clerici et ecclesiastice persone sunt membra corporis mystici regni (in quo dominantur et habitant) et regis qui est caput illius supremum. Probatur conclusio, quia unumquodque regnum sive imperium res est publica, ut l. bona et l. eum qui. de verb. signi. [Dig., 50, 16, 15 & 16]. Sed res publica in magistratibus et sacerdotibus et ecclesiis personis consistit, ut l. i. ius publicum. de iusti. et iure. D. [Dig., 1, 1, 1(§2)] et i. dist. ius publicum [Decretum, 1, 1, 11], igitur et regnum quodlibet consistit in sacerdotibus et clericis. Preterea sicut corpus physicum constat ex membrorum plurium compagine. ut l. rerum. de usuca, [Dig., 41, 3, 30], sic et mysticum consistit ex plurium suppositorum communi, et in unum congregatione, ut d. l. rerum. versi. tertium [Dig., 41, 3, 30, §2], ubi de hoc textus et Genesis xxxiiii [Genesis, 34, 23] ibi, et habitantem simul efficacius populum etc., pro quo bene l. ii. de apparit. procon. et glo. ibi [Cod., 12, 55, 2] tacit. l. i. quod cuiusque univer. [Dig., 3, 4, 1] et l. ex hoc iure. de iusti. et iu. [Dig., 1, 1, 5]. Sed clerici et persone ecclesiastice in villis et regnis sistunt cum aliis regni suppositis in eodem communi et eadem ecclesia universitatis regni congregatione, igitur simul cum aliis regnum unum, unumque corpus mysticum agunt, et consistunt, sicut enim omnes cives cum etiam patribus, nobiles, senatoribus, et aliis communitatis viris corpus mysticum et populum consistunt, licet tamen spem differant, ut habetur insti. de iure natu. §plebiscitum [Inst., 1, 2 (§4)], sic omnes regnicole enumeratis etiam clericis (licet clerici ab aliis differant) unum corpus

## THIRD TRACT

§3.5.2 *Second conclusion, that being a member of a given mystical body and head and, at the same time, not being subject to its jurisdictional control are compatible.*

§3.5.3 *Third conclusion, that one person can be a member of diverse mystical bodies, due to diverse parentage, raisons or qualities.*

§3.5.4 *Fourth conclusion, even if ecclesiastics are members of a certain church and a certain ecclesiastical jurisdiction, they are nonetheless (inasmuch as they are members of the mystical body of a kingdom) subject to that kingdom.*

---

mysticum efficiunt per d. §. [Inst., 1, 2 (§4)] et alia allegata. Confirmatur conclusio per locum ab effectu ad suam causam cuius est maxima, quod posito effectu ponitur eius causa, sed effectus capitis mystici ad suum corpus est illius cura et protectio, ut no. per glo. in 1. bene a zenone [Cod., 7, 37 3] et in i. constitu. D. [Dig., 4, 1, 1] ubi dicitur, quod rex est dominum omnium, quo ad protectionem, et sic protectio est effectus huius, sed reges tenentur tueri personas ecclesiasticas continuing in the same way. ut c. princeps et c. seq. xxiii, q.v. [Decretum, II, 23, 5, 19 & 20], igitur sunt illius membra, et ipse eorum caput inquantum huius corporis mystici caput representat.

§3.5.2 *Secunda conclusio pro maiori declaratione, quod esse membrum alicuius corpori et capitis mystici, et non esse de iurisdictione illius contentiosa se simul compatiuntur. Probatur conclusio, quod filii et familia sunt membra corporis economici, et tamen non subsunt illi rationis iurisdictionis contentiose, similiter cives aut membra corporis mystici civitatis et tamen subsunt iurisdictioni solum domini temporalis illius urbia, non autem urbis pariter ecclesie persone sunt membra mystici regni quod colunt, et tamen eius iurisdictioni contentiose non subsunt, sed soli episcopo sive ecclesie iurisdictioni.*

§3.5.3 *Tertia conclusio, quod unum idem potest esse membrum diversorum corporum mysticorum, sub diversis agnitionis, rationibus sive qualitativibus. Probatur conclusio, nam unum idem suppositum est de corpore plebis et non nobilium sive patricorum, et etiam de corpore totius urbis et populi eius, ut hec habentur et probantur in §plebiscitum. insti. de iusti. et iure [Inst., 1, 2 (§4)], iuncta 1. ii. §deinde. de origi. iu. [Dig., 1, 2, 2 (§6)] Similiter quia potest esse de corpore alicuius collegii et cleri inquantum huius, et etiam de corpore regni inquantum est corpus huiusmodi dignitatis ex pluribus suppositis aggregatum, sic etiam unum et idem numero potest esse obiectum diversarum personarum et appetitive secundum diversas rationes plura possent adduci similia. Et ex his patet declaratis intellectus, xii. questio i. duo sunt genera [Decretum, II, 12,1, 7]. Nam nihil prohibet duo genera esse, scilicet plebeiorum et nobilium sive senatorum, et ambo simul unus populus, ut plebiscitum. allegata. et similiter duo genera clericorum et plebeiorum, et ambo esse sub uno eodem corpore, ut dictum est.*

§3.5.4 *Quarta conclusio, quod licet persone ecclesiastice sint membra alicuius ecclesie et de iurisdictione contentiosa ecclesiastica, tamen nihilominus aliter (inquantum sunt membra mystica corporis alicuius regni) subsunt illi inquantum huius. Probatur conclusio, nam unumquodque membrum physicum subest suo capiti inquantum huius, igitur idem in membris*

## THIRD TRACT

§3.5.5 *Fifth conclusion, that one person can be a member of diverse mystical bodies, due to diverse parentage, raisons or qualities.*

§3.5.6 *The sixth constituent of fidelity is unbroken perserverance, to which should be added a constituent element of reverence.*

§3.5.7 *Seventh conclusion: that ecclesiastics are held to armed defense of the mystical body and head of the realm in the cases of urgent necessity or apparent inevitability of violence, although the laity is bound absolutely, in all cases, as has been said above in the third article of this tract.*

---

mysticis, nam artificiata imitantur naturalia quantum possunt, ut. 1. adoptio. de adopt. [Dig. 1, 7, 16] Et quia consequentia de corpore physico ad mysticum et econtra tenet, ut est text in c. quoniam [in] plerisque, de offi. ordina [Decretales, I, 31, 14]. Et ideo ab eis que utilitatem capitis et corporis mystici contingunt ecclesiastice persone membra illius non eximuntur nec excusantur, ut 1. iubemus et 1. nimum, de sacrosanctis ecclesi. [Cod., 1, 2(5), 10 & 14], pro quo faciunt ea que dicentur infra in conclusione sequenti.

§3.5.5 Quinta conclusio, quod persone ecclesiastice (quia membra corporis mystici regni alicuius) tenentur regi et domino supremo regni illius ad fidelitatem et reverentiam, ut habetur textualiter xxiii q. v, c. regum et c. dicat, et c. si. caput [read: apud] [Decretum, II, 23, 5, 22-24]. [64v]

§3.5.6 Sexta conclusio, quod similiter persone ecclesiastice (inquantum membra corporis mystici regni alicuius) tenentur ad defensionem sui corporis et capitis huiusmodi, videlicet regni et regis. Probatur conclusio, nam ita est in membris physicis corporis, que se exponunt periculis omnibus pro defensione sui corporis et capitis, ut videmus manus et pedes se mox periculis exponere pro corporis et capitis defensione. Idem videmus in virtuosis civibus se morti exponen. pro rei publice tuitione, sicut plenius dixi supra in hoc quarto tractatu, examinatione secundi articuli. Et propterea dicitur in evangelio Mat. x [Matthew, 10, 16]: Estote prudentes, ut serpentes etc., prudentia est quod caput protegit et servat membra alia pro capitis tuitione subiiciens periculis. Si igitur sic esse comperimus in membris naturalibus, igitur similiter est censendum in mysticis interea enim est et tenet consequentia, et similitudo ut c. quoniam plerisque. de offi. ordina. [Decretales, I, 31, 14]. Ceterum propterea dicunt iura quod clerici tenentur excubare pro defensione ville et patrie, et in his que ad ea pertinent contribuere cum modificationem, ut c. pervenit. et c. non minus, de immuni. eccle. [Decretales, III, 49, 2 & 4] et cessante omni excusatione, ut. 1. iubemus. et 1. nimum. de sacrosanc. ecclesiis [Cod., 1, 2(5), 10 & 11].

§3.5.7 Septima conclusio, quod persone ecclesiastice tenentur ad armatam defensionem corporis et capitis sui mystici regni, videlicet saltem in necessitate vehementi aut saltem aliter verisimiliter inevitabili, laici autem absolute adhuc tenentur, licet aliter et aliter, ut dictum est supra in hoc tractatu in prosecutione tertii articuli. Probatur conclusio, nam seipsum tenentur hoc casu defendere, ergo et corpus mysticum ad cuius defensionem magis tenentur, ut in precedenti conclusione. Preterea quilibet tenentur ad defensionem patrie, etiam clerici et pro hoc arma

### THIRD TRACT

§3.5.8

*Eighth conclusion; if clerics do not defend the mystical body and head of the realm (whose members they are) in the case of inevitable necessity, when it is possible for them to do so, they are guilty of an offense.*

---

suscipere, ut no. glo. xxiii., q. viii. quicumque, [Decretum, II, 23, 8, 5] hec enim est iustitia, ut ea. cau. q. iii. fortitudo [Decretum, II, 23, 3, 5] quia quilibet cum nascitur, patrie sue nascitur, ut. 1. 1, §et generaliter. de ventre in posses. mit. [Dig., 37, 9, 1(§15)] Ceterum ex quo persone ecclesiastice sunt membra regni, et regis eius capitis mystici, ut dictum est, ergo illud defendere, ut sepe dictum est, igitur idem in his mysticis inter que tenet consequentia, hic secundum apostolum et probatur in c. quoniam. de offi. ordi. [Decretales, I, 31, 14] notanter dixi de necessitate inevitabili, nam aliter clerici non debent arma suscipere, quia eorum officium ad ea inhabiles reddit, ut. c. [ex] multa. de vo. [Decretales, III, 34, 9] et xxiii. q. viii. c. clerici et seq. [Decretales, II, 23, 8, 4 et seq.], ubi text sic dicit quicumque ex clero vult es anna militaria non sumant nec armati incedant, sed professionis sue vocabulum religiosi moribus et religioso habitu prebeant etc., pro necessitate aut inevitabili, licet arma maxime defensiva pro se ecclesia et patria, etiam clericis suscipere et habere, ut no. glos. in c. quicumque. xxiii. q. viii [Decretum, II, 23, 8, 5], hinc dicitur ecclesia eruet eum qui ducitur ad mortem, scilicet iniuste, ut habetur xxiii. q. iii. c. non inferenda [Decretum, II, 23, 3, 7], sicut et Moses videns Hebraicum ab Egyptis offendi, illum defendit, ita ut Egyptium perimens in arenam ascendit, ut d. c. non inferenda [Decretum, II, 23, 3, 7] et pro his facit bene, quod notat. Inno. in c. olim. de resti. spo. [Decretales, II, 13, 12] glos. que inci. quominus hec licuit etc.

§3.5.8

Octava conclusio, quod clerici et persone ecclesiastice si in casu sive in necessitate inevitabili non defendant, tunc possunt, corpus et caput mysticum alicuius regni (cuius membra existunt mystica) peccant, et fautores dicuntur offendentium. Probatur conclusio, quia ex quo tenentur, et possunt hec et ea omittunt deficiunt perficere, quod debent, et sic fidem fallunt, per quam redditur id quod debetur vel promittitur, ut dictum est supra in eius diffinitione, et consequenter tribuunt alteri quod illi debetur et sic faciunt contra iustitie virtutem, cuius preceptum et effectus est unicuique tribuere quod suum est, ut patet in d. diffinitione iustitie posita in prin. insti. de iusti. et iure [Inst., I, 1]. Ceterum dicuntur fautores offendentium, nisi eis occurrant cum possint, iuxta illius August [PENDING]: Qui potest hominem liberare a morte, et non hiberat, homicida est, ut c. sicut dignum, de homici. [Decretales, V, 12, 6] unde dicit tex. qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nihil est aliud quam favere impietati, nec caret scrupule societatis occulte etc., ut c. qui potest. xxiii. q. iii. [Decretum, II, 23, 3, 8] et hec maxime in eo qui ad defendendum tenetur, ut no. in d. c. non inferenda [Decretum, II, 23, 3, 7], quilibet autem (secundum quosdam) ad hoc tenetur. ut no. glo. in c. quantae de senten. excommuni, [Decretales, V, 39, 47], quod videtur aperte probari in c. fi. d. iii. q. [Decretum, II, 23, 3, 11], ubi dicit Augustinus quod non fuerunt immunes a scelere qui principibus permiserunt Christum interficere quum per multitudinem timerent, et potuerunt illos a facto et se a consensu liberare, ut ibi de quo ibi glo. Et ad hoc propositum dicebat David in psalmis [Psalm 81, 4]: Eripite pauperem et egenum etc. Ex



### THIRD TRACT

§3.5.9 *Ninth conclusion: it is manifest that a lay or clerical person sins more by failing to defend his mystical body and head than he does by attending instead to the defense of his own interest.*

§3.5.10 *Tenth conclusion: a cleric or any other person does nothing “irregular” if he commits homicide in defense of his mystical body or head, when done in a case of inevitable necessity.*

---

quibus patet personas etiam ecclesiasticas peccare omittentes defensionem regni et capitis sui mystici (ut predeclaratum est) scilicet regis.

§3.5.9 Nona conclusio, quod magis peccat omittens debitam defensionem corporis et capitis sui mystici, quam pretermittens propriam sui defensionem ceteris paribus, sive omittens huiusmodi secularis aut ecclesiastica persona existat. Probatur conclusio quod magis offendit cum rempublicam offendit, et sic maius bonum offendit, quia res publica est maius et dignius bonum secundum philoso[65r]phum in primo etycorum [PENDING]. et in authentica res que. communia delega. [non inveni] et in corpore unde sumitur. Et quia magis ad illius quam ad sui tenetur conservationem, iuxta ea quo dicta sunt supra in tertiuo articulo, et sic delictum est maius in quantitate et qualitate, igitur etc. ut c. sicut dignum. de homici. [Decretales, V, 12, 6] et l. aut facta. de penis. [Dig., 48, 19, 16] Preterea negligentia et omissio in alio culpanda in proprio est amissibilis, sive negligend.a, ut l. si constante, §si maritus, D. soluto matrimo. [Dig., 24, 3, 24(§5)]

§3.5.10 Decima conclusio, quod clericus aut alius in necessitate inevitabili defendendo caput sive corpus suum mysticum committens homicidium non contrahit aut incurrit irregularitatem. Probatur conclusio nam in hac necessitate defendo se irregularitatem notn contrahit aut incurrit, ut habet in decretis, l. distin., c. de his [Decretum, 1, 50, 6] et ibi per glos. plene, sed defendo corpus & caput eius mysticum defendit seipsum, tum quia est eius membrum, igitur ex hoc defendit. Nam partem corporis defendens vel offendens totum corpus defendit vel offendit, ut l. vulgari, de furtis, [Dig., 47, 2, 21] hinc Apostolus: Si quid patitur unum membrum compatiunt alia membra, ad Corint. xii [1 Corinthians, 12, 26] tum quia esse influxem habet a sui capite, igitur illud defendens seipsum defendit, nam eadem ratio est de aliquo et de eo sine quo, ut l. neccare., de liberis exhiben, [Dig., 25, 3, 4] & habetur in l. qui id quod, §finali, de donationi. [Dig., 39, 6, 33, §3] Praetera si (ut predictum est) tenetur membrum huiusmodi in necessitate inevitabili magis defendere corpus et caput eius quam seipsum, et seipsum defendens irregularitatem non incurrit, idcirco multominus defendendo illius ad cuius tuitionem magi tenetur, et pro hac conclusione facit optime quod no. per Archi. in c. generali, in vi. de elect. [Lib. Sext., 1, 6, 13].

### THIRD TRACT

§3.5.11 *Eleventh conclusion: the foregoing conclusions about defense of one's mystical body and head equally well to the secular clergy and the regular clergy.*

§3.5.12 *Twelfth conclusion: though ecclesiastics are not themselves involved in defense of mystical body and head when it is not a matter of inevitable necessity, if it is a just war, for which they are not bound to give their personal aid, they are obliged nonetheless to incite those who do take up arms in the interests of their fatherland against its enemies.*

---

§3.5.11 Undecima conclusio pro declaratione predicatarum conclusionum quod tam seculares per prius tenentur ad defensionem sui corporis et capitis mystici suo ordine quam persone ecclesiastice. Probatur conclusio; nam omnia membra non eundem actum habent in corpore aliquo mystico vel physico, ut habetur ad Roma. xii [Romans, 12, 4]. et infra ad Corinth. ca. xii [1 Corinthians, 12, 26]. Et ideo per prius et per plus defensio in corpore physico pertinet ad brachia et manus, idest ad milites et armigeros, quam ad alios virumque, tamen semper (prout ad eum spectat) debet opitulari. Secundo pertinet ad burgenses, mercatores, artifices, agricolas, militibus et armigeris non sufficientibus. Ultimo in necessitate inevitabili pro repellenda sui mystici corporis eradicabili dissolutione spectat ad ecclesiasticas personae, iuxta conclusionem supra proxime reseratam, et pro his accedant que dicta sunt in hoc quarto [read: tertia] tracta. in articulo in quo agitur de fidelitate in exteriori actione debita capiti et corpori mystico etc., in iiii et v conclusionibus.

§3.5.12 Duodecima conclusio, quod persone ecclesiastice licet in defensione armata capitis, et corporis sui mystici necessitate inevitabili non occurrente ad esse non obligantur, post tamen in eadem et quolibet iusto bello sui capitis et corporis mystici interesse possunt, non ut propria manu armata arripiant sed ut alios ad arripiendum ad tuitionem patrie et corporis mystici et inimicorum expugnationem incitare non omittant, ut hec habentur xxiii. q. vii. c. quicumque in §his<sup>1</sup> et c. seq. [Decretum, II, 23, 7, 1 & 2] et c. ortatu. et no. per glo. in c. sciscitaris. vii. q. i. [Decretum, II, 7, 1, 47 (gloss on "Divinitus")], et conciliis optimis et orationibus devotis et sedulis coadiuvent bellatores. ut c. ex multa. de voto. [Decretales, III, 34, 9] et c. convenior. xxiii q. viii. [Decretum, II, 23, 8, 20] unde iuxta predicta dicitur Deuterono. xx [Deuteronomy 20, 1-3]: Si exieritis ad bellum, et infra appropinquante autem prelio stabit sacerdos ante aciem, ...audi Israel vos hodie contra inimicos vestros pugnam committentes non pertimescat cor vestrum, nolite timere, nolite cedere, nec formidetis eos, etc.

---

<sup>1</sup> Probably a reference to the sentence "De his ita scribit Augustinus ad Vincentium", appended to the title of Quaestio VII, which has the appearance of being an introduction to "Quicumque" (Canon 1 of that Quaestio). This is not the same as the allegation of "§his" found in the next paragraph—see the next note.

### THIRD TRACT

§3.5.13 *Thirteenth conclusion: ecclesiastics holding fiefs from secular princes are held to give armed aid in cases covered by feudal regulations.*

§3.5.14 *Fourteenth conclusion: drawing upon what has been said, that ecclesiastics are subordinate to the bodies and heads of kingdoms of which they are members in so far as owing fidelity and reverence to them.*

§3.5.15 *Fifteenth conclusion: it is possible for someone to be under the majesty, fidelity, and authority of someone and at the same time not be suborned to his legal jurisdiction.*

---

§3.5.13 Tertiadecima conclusio, quod ecclesiastice persone tenentes feuda a principibus secularibus tenentur in guerris et bellis ad causam feudorum illis opem ferre, iuxta conditionem feudorum, iuxta id verbum dominicum. Reddite que sunt Cesaris Cesari etc. Matth. xxii. [Matthew, 22, 21], et illud Pauli [Romans, 13, 7]: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, etc. Pro quo c. si in mortem, xxiii q. viii [Decretum, II, 23, 8, 19] possunt etiam cum principibus convocato exercitu pro fiscis ad castra. ut ea. q. §haec [read: §his<sup>2</sup>] [Decretum, II, 23, 8, 19(§His)] datur intelligi, et secum ducere bellatores, consiliisque et orationibus principes suos coadiuvare, ut c. ex multa. §fina. de voto [Decretales, III, 34, 9], et ut supra proxime dictum est.

§3.5.14 Quartadecima conclusio, que infertur ex iam dictis, quod persone ecclesiastice subsunt corporibus et capitibus regnorum, quorum sunt mystica membra inquantum huius ad fidelitatem et reverentiam, per c. regum. c. dicat. et c. si apud. xxiii. q. v [Decretum, II, 23, 5, 22-24] etiam ad defensionem, sicut declaratum est, et subsunt maiestati capitis mystici inquantum huius.

§3.5.15 Quintadecima conclusio, quod esse sub maiestate, fidelitate et ditione alicuius, et non sub et de contentiosa iurisdictione se patiuntur simul. Probatur conclusio, nam liberi uxor et familia sunt de et sub potestate et fidelitate patrisfamilias, et tamen non sunt sub eius iurisdictione contentiosa, sed domini loci ubi habitant. et not. per Innocentium in c. quum contingat, de foro competenti, glossa prima [Decretales, II, 2, 13], sic supposita ecclesiastica esse sub maiestate et fidelitate regis et regni sub quo habitant et degunt, et non de [65v] eius, sed de ecclesie contentiosa iurisdictione nihil repugnat; similiter quam esse de et sub diversis magistratibus ius commune non resistit, sed assistit sub diversis tamen consyderationibus, sicut seculares sunt sub variis magistratibus, videlicet regis quo ad temporalia, et pape quo ad spiritualia, ut c. felicis. de pen. [Lib. Sext, V, 9, 5] ubi patet quod seculares adversus sedem apostolicam committere possunt crimen lese maiestatis, sicut et adversus suum principem temporalem ut in toto titulo. ad legem iuliam maiastatis [Cod., 9, 8 or Dig., 48, 4], et econtra quis potest esse de iurisdictione alterius non tamen sub illius maiestate, ut sortes habitator imperii tenans feudum a rege Francie est sub iurisdictione regis et tamen non est sub eius maiestate, ut dicitur et probatur aperte in clementina,

---

<sup>2</sup> The word “haec” does not appear in Canon 19 (“Si in mortem”), where, however, there is found a long sentence beginning with “His” which is relevant for Terrevermeille’s argument at this point. What is more, on several occasions in §3.8 where our author alleges this passage, he identifies it properly as “§His”. The problem probably arises from the typesetter of the Sauset edition reading “Haec” for “His” in the case at hand.

### THIRD TRACT

§3.5.16 *Sixteenth conclusion: ecclesiastics can commit the crimes of infidelity, treason and lese majesté and the kings and princes of the realms to which they belong, inasmuch as they are bound to them by ties of fidelity and reverence and are members of their mystical bodies and realms, yet not be subject to their jurisdiction.*

---

§3.5.16 pastoralis. de sententia et re iudicata [Clementines, II, 11, 2], ubi dicitur quod rex Sicilie, licet vasallus esset imperatoris, tamen non suberat eius maiestati quum in imperio non degeret. ut ibi.

§3.5.16 Sextadecima conclusio, quod gentes ecclesiastice adversus suos reges et principes regnorum quorum de corporibus existunt, possunt committere crimina infidelitatis, prodicionis et lese maiestatis inquantum tenentur illis ad fidem et reverentiam et sunt membra corporum mysticorum et regnorum huiusmodi, quamvis de iurisdictione illorum non existant. Probatur conclusio, nam eis tenentur ad fidelitatem et reverentiam, ut c. regum. et c. dicat. et c. si apud xxiii. q. v [Decretum, II, 23, 5, 22-24], ergo si istam non observent infidelitatem committunt, ut ibi. Ceterum ex quo subsunt maiestati regnorum et regum ad sacramentum fidelitatis et reverentie, et etiam ad defensionem et aliter ut membra mystica et de corpore mystico regni sive regnorum et caput mysticum regni, utpote regem Francie supremam obtinentem monarchiam et principatum consequenter illud sive rempublicam regni, cuius persone ecclesiastice sunt membra mystica, si eodem ecclesiastice persons offendant in casibus quibus subsunt, in quibus tamen maiestas de iure offenditur et leditur, crimen lese maiestatis committunt, nam ex quo in concurrant cause, sufficientes ad producendum crimen inesse, illud in esse constituitur, quia positis causis ponuntur effectus 1. quum res. de probationi. [Cod., 4, 19, 12] Porro deesse huius criminis lese maiestatis non est nec exigitur quod committens sit de iurisdictione contentiosa eius adversus quem committitur, sed sufficit quod sit membrum illius regis et rei publice adversus quam perpetratur, et astructus illi ad fidem et reverentiam, sicut patet in laico qui licet non sit de iurisdictione temporali, et sic in criminibus non subest ecclesie, tum quia est sub maiestate et de corpore ecclesie ideo illud crimen lese maiestatis committere potest adversus ecclesiam et sedem apostolicam, ut c. felici. de penis [Lib. Sext, V, 9, 5], quamvis huiusmodi crimen non sit de sui natura ecclesiasticum sed civile, ita in proposito clericus inquantum regnicola regni et astructus regi ad fidelitatem et reverentiam, et si non sit de iurisdictione contentiosa regis aut regni committere tamen potest dictum lese maiestatis crimen inquantum est membrum mysticum corporis regni et ligatus ad fidelitatem eidem regno et regi et regno, ut dictis capitulo regum et capitulo dicat. cum similibus, et quod ecclesiastice persone possint adversus reges committere huiusmodi crimen, videtur sequi et tenere hec Pe. Jaco. [PENDING] in titulo de causis ex quibus vasallus potest committere feudum de iure supra in prosecutione arboris sue regni Francie sub §. pontius quod philosophus [PENDING] etc., et Bart. idem in extravaganti ad reprimendam, super verbo conditionis [Extravag., Tit. I] si non probant, nec allegant aliquid, sane glo. que dicit in c. pastoralis [Decretum, II, 7, 1, 42] quod non subditus non committit crimen lese maiestatis, loquitur de eo qui non est subditus, nec ut membrum mysticum illius regni sive regis et rei publice nec ad

### THIRD TRACT

§3.5.17 *Seventeenth conclusion: even if ecclesiastics have committed treason against princes in kingdoms, as said above, they do not have to be punished or chastised by a judicial authority, but only by a political chastize of the same worth; trial in a contentious fashion is reserved for an ecclesiastical court.*

---

debitum fidelitatis et reverentie ad quod membra mystica obligantur, iste intellectus patet, quia illa glossa loquitur eliciendo hoc suum quod dictus ex textu dicti capituli quod loquitur in rege Sicilie, qui non erat membrum imperii nec habitationis aut originis rationale, et sic non obstant dicta glo. et c. huic [Decretum, I, 17, 3] nostre predicte conclusioni que loquitur in membris mysticis corporis alicuius regni, et consequenter subditis maiestati et fidelitati regis et regni, quod sufficit licet non subditi quo ad contentiosam iurisdictionem existant, ut supra dictum est et declaratum, igitur etc.

§3.5.17 Decimaseptima conclusio, quod quamvis persone ecclesiastice committerent crimen lese maiestatis contra principes regnorum, ut predictum est, non tamen puniende essent aut coercende per eos ditione contentiosa sed coercionem polytica economice similitudinis dum taxat. contentiosa vero solum per officium ecclesiastice. Probatur conclusio, quia supposita a ecclesiastica in foro contentioso non subsunt ditioni regum vel principum, sed solum ecclesie, ut c. ii. de fo. competenti [Decretales, II, 2, 2] et l. statuimus, de episcopis et cleri. [Cod. 1, 4, 19]. In foro autem sive ditione economica vel polytica unumquodque subest capiti etiam seculari, nam sicut paterfamilias habet potestatem economicam, etiam in clericum de sua familia, per quam potest illum coercere ad offensas multipliciter, et inter cetera quia potest illum a sua familia et corpore economico proci pollere, ut membrum dissolutum inobediens et reprobum fit, et quicumque rex potest clericum et quamcunque personam ecclesiasticam propter lese maiestatis officium depellere, tanquam membrum putridum a corpore regni, cuius idem rex caput est mysticum, et idem clericus membrum putridum, iuxta id quod dicit beatus Hieronymus: Resecande sunt carnes putride, et resecanda a caulis ovis scabiosa, ne tota domus, massa, pecus, et corpora ardeant, corrumpantur, intereant, ut habetur vigesimaquarta questione tertia, capitu. resecande et capitulo ecce [Decretum, II, 24, 3, 16 & 18]. Ad hec enim, et alias corruptiones domesticas et polyticas, non est dubium ditionem capitibus polytica componere, non tamen cum contentiosa potestate, iuxta legem primam C. de emendatione propinquorum [Cod., 9, 15, 1], pro quibus optima l. ex facto. de heredibus instituendis [Dig., 28, 5, 35] et bene l. quicumque. de episcopis et clericis [Cod., 1, 3(6), 14(13)] in ratione sui, et septima questione prima, sicut [Decretum, II, 7, 2, 11], in textu et in glossa que in effectu predicta probat, ut not. in l. 1, C. de privatis carceribus [Cod., 9, 5, 1], que dicit quod quilibet potest habere carcerem economicum pro punitione familie, sed non carcerem publicum, scilicet fori contentiosi; nihilominus tamen ecclesiastica persona punita subdatione polytica veniet in contentioso foro punienda per diocesanum, aut alium ecclesiasticum iudicem competentem, quia punitio ditionis polytice non sufficeret in crimine tauto, sicut in similibus dicitur in l. placet, C. de sacrosanctis ecclesiis [Cod., 1, 2, 5], et in c. at si clerici, de iudiciis [Decretales, II,

### THIRD TRACT

§3.5.18 *18<sup>th</sup> conclusion: even if (as said above) ecclesiastics are capable of committing treason against secular kings, when they offend their faith in this fashion they are said to commit the same crime in respect to the majesty of the pope and the apostolic see, not a secular majesty.*

---

1, 4]. ubi patet quod pro eodem delicto, quis potest per plures et in pluribus fortis coerceri potissime in altero sufficienter non punitus, igitur ita in proposito.

§3.5.18 Decima octava concusio, quod licet sub consideratione premissa ecclesiastice persone dicantur posse committere crimen hoc lese maiestatis contra reges seculares, tamen nihilominus (quia omnes reges christiani dicuntur apostolice sedi sederati) clerici et persone ecclesiastice offendentes huiusmodi fedus et caecitatem dicuntur etiam hoc crimen pape et apostolice sedi et non alicuius secularis maiestatem sub consideratione perpetrare, ut 1. i. in principio, ad legem iuliam maiestatis [Dig., 48, 4, 1] ubi textus dicit aperte quod dirumpens securitatem huiusmodi illud crimen committit exponendo textum illum secundum glossam ibi, positam etc., et hoc dicit Bartolus, et tenet in extravaganti quoniam. in titulo, qui sint rebelles [(Feudal) *Extravag.*, tit. II] et consequenter omnino essent per papam et neminem alterum hec punienda per predicta.

Panditum igitur est ex peroratis quot, et qualiter personae ecclesiastice ad fidelitatem, reverentiam<sup>†gl</sup> et similia tenentur regibus et principibus rei publice secularibus, ut quomodo secus agentes dicuntur crimen lese maiestatis perpetrare super quibus, iam dicta sufficiant. [68r]

Verum cum similis fidelitas et reverentia obedientia, et similia debeantur domino inclyto dalphino regis unigenito rege regere impedito regnum regenti, sicut et quo regi debentur, ut supra precedenti declaratum est articulo sequitur manifesto, quod et adversus eundem dominum dalphinum presertim, ut predicatur regnum regentem, ecclesiastica regni Francie supposita censentur crimina prodicionis, infidelitatis et lese maiestatis committere ac commisisse, sicuti et seculares, per ea quo dicta sunt in hoc et proxime preceden. articu. si tamen egisse comperiantur ea, ex quibus crimina efficiuntur et causantur, quo superius sunt declarata.